



**DE VITA || ET MORIBVS IGNA-||TII LOIOLAE,|| QVI
SOCIETATEM IESV || fundauit, Libri III.|| Auctore Ioanne
Petro Maffeo, pres-||bytero Societatis eiusdem.|| Ex
auctoritate superiorum.||**

Maffei, Giovanni Pietro

Köln, 1585

VD16 M 110

Quod eius fuerit de perfectione iudicium. Cap. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68259](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68259)

sed nobis vtique in tam recenti memoria mentiendi causa non est.

*Quod eius facerit de perfectione iudicium.
Cap. II.*

AC licet precationi usque ad eo datus esset, tamen eo studio, se vel à publica re administranda, vel à caritatis cæterarumque virtutum officiis minime patiebatur abduci. & quamquam certum vnicuique spatiū temporis quotidie necessarium esse dicebat ad se colligendum, viresq; diuinis impetrandas; tamen eos nō ita lundabat, qui dulcedine solitudinis, & diuinæ familiaritatis illecti, in arenā descendere, & sua primum vitia euelle-re, deinde etiam proximos adiuuare negligenter. quinimmo, pluribus doctus experimentis, aiebat, qui minus in eo genere sibi temperant, eorum plerosque (nisi periti cuiuspiam ductum sequantur, vel præcipuo Dei fulciantur auxilio) partim dæmonū illusionibus obnoxios esse, partim etiā cōtumaces, & sibi placentes, & in sua sentētia mire obstinatos ac peruiacces euadere: qua

pe
co
fe
ne
vi
tu
C
pr
gn
ho
im
gn
per
sto
in a
tru
tra
lan
frat
irac
der
tius
no
tur
pr
me
oni
peste

peste nulla propemodū esset hominū cōtibus capitalior. itaq; suorū ille profectū, non tam ex continuata precatio ne, vel diu: urno secessu, quām ē solidē virtutis officijs, ac præsertim ex māsue tudine atq; animi æquitate spectabat. Cūm ē familiaribus nescio quis, fratrē præstanti religione collaudans, ad Ignatium cum admiratione dixisset: En hominem iugiter precationi vacantē: immo vero, mutata voce, en, inquit Ignatius, hominem sibimet acriter imperantem. Alium quempiam, quod stomachosior esset natura, & subinde in amara verba prorumperet, sese fratrum consuetudini alieno tēpore subtrahentem, Ignatius blande compilans: Quin te, inquit, statutis horis in fratrum consuetudinem das? cum ille iracundiam naturæ, bilemque prætenderet; Næ tu vehementer erras, ait Ignatius: erenim hæc & huiusmodi vitia, non fugiendo, sed resistendo vincuntur. Deniq; licet piæ precationis laude præcelleret ipse, vt dictū est, semper tamen spiritum, quē vocant mortificationis, spiritui speculationis antetulit.

nam

nam vt in eloquentiæ studio , cum & ars, & vsus ipse sit necessarius , longe plus tamen à sapientibus viris vsui quā præceptioni tribuitur ; sic in parandis virtutibus cum & commentatio , & actio requirantur; multo plus tamen agendo & pugnando, quàm speculādo vel cogitando proficitur.

De caritate ipsius in Deum.

Cap. III.

CAritate in Deum fuit, quanta par est eum esse, qui ipsius Dei gratia rebus humanis nuntium sponte remiserit. neque solūm catenus Dominum amabat , vt præ illo reliqua omnia nihil duceret, quæ virtutis huiuscce præcipua est pars; verum inerat in amore voluptas mira: prorsus vt quantislibet pressus curis , ac molestijs fatigatus, in vnius Dei recordatione , & quasi amplexu , per summam delectationē acquiesceret. Christum vero Dominum ac liberatorem videndi sicuti est, tanta flagrabat cupiditate , vt eam ipsam obrem solui corporis vinculis vehementius in dies optaret. Itaque si quando

gra-